



ALLIOMI

FLORA

PEDEMONTANA





3

PLANCHES



A
47
180







A-VI-5

29-2-9

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL GRANADA	
Sala:	A
Estante:	047
numero:	180

29
—
2-9



CONNECT

A-VI-5

29-2-9

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL GRANADA	
Sala:	A
Estante:	047
numero:	180

29
—
2-9



CAROLI ALLIONII
FLORA
PEDEMONTANA

COMVS TERTIVS

Del legajo de D. Mariano del Pino



CAROLI ALLIONI
FLORA
PEDERONTANA

COMPL. 29372

R-2494
N-581-9

AR: 8 T. 6

F L O R Æ
P E D E M O N T A N Æ
I C O N E S

ACCEDIT EXPLANATIO
NOMENCLATURÆ BOTANICÆ
AUCTORE
CAROLO ALLONIO

IN ARCH. TAUR. PROF. BOT. EM., HORT. PUBL., ET MUS. RER. NAT. DIR. PRIM.,
R. SCIENT. TAUR. ACAD. SOCIO, ET THESAUR. PERP., NECNON ACADEM. BONON.,
LUGD., ET MADRIT.; SOCIET. BASIL., BEROL. NAT. CUR., PHYSICO-BOT. FLOR., GOTT.,
LOND., LUND., PATRIOT. MEDIOL., MONSP., R. MEDIC. PARIS., PATAV., &c. SOCIO

TOMUS TERTIUS.



AUGUSTAE TAURINORUM
EXCUDERAT IOANNES MICHAEL BRIOLUS
R. SCIENTIARUM ACADEMIÆ IMPRESSOR ET BIBLIOPOLA
MDCCLXXXV.

F L O R E
P E D E M O N T A N E

1793

ACCEDIT EXPLANATIO

NOMENCLATURÆ BOTANICÆ

AUCTORE

CAROLO ALLIONI

In Arch. Juss. Bot. Hort. Paris. et Mus. Nat. Hist. Paris.
R. Scient. Paris Acad. Scienc. et Inscrip. Paris. Arch. Acad. Paris.
Acad. et Mus. Nat. Hist. Paris. Soc. Bot. Paris. Soc. Hort. Paris.
Lond. Lond. Paris. Paris. Paris. Paris. Paris. Paris. Paris. Paris.

TOMUS TERTIUS.



PARISIIS

EXCUDIT MICHAEL BRILLON

IN BIBLIOTH. ACADEM. SCIENT. ET ART. PARIS.

MDCCLXXXIII

ICONUM

INDICATIO ET EXPLANATIO

Anteaquam ad Iconum indicationem veniam, quamvis in Praefatione earundem rationem utique dederim, opportunum tamen videtur quaedam adhuc de iisdem innuere. Icones ita exaratae sunt, ut stirpes in naturali, ut ajunt, magnitudine exhibeant, atque iis exceptis, quas debeo generositati Cl. BELLARDI, ex viva planta delineatae sunt. Quum per adeo diutinum tempus protrahi editio debuerit, & nonnullae jam priscis temporibus paratae non omnino satisfacerent, novas diligentius delineari curavi. Inde factum est, ut quarumdam Icones repetitas sistam; per errorem etiam ARENARIAE *biflorae* icon iterum proposita est. Prima Tabula, eaque jamdudum parata tradit formas foliorum, & florum, ut Tyrones terminorum Botanicorum vim, atque proprii systematis distributionem intelligere commode possint. Non ultra quam requiretur ad Tyrones in Botanices cognitione manuducendos, rem hanc pertractavi. Qui penitus edoceri cupiunt, consulant Clar. Viros DALIBARD (a), LINNÆUM (b), LUDWIG (c), SCHÆFFER (d), ROZIER (e), LIPP (f), REUSS (g), LAMARCK (h), SCOPOLI (i), aliosque, qui materiam hanc copiose exposuerunt. Nobis haec sufficere visa sunt ad patriae stirpes ex ductu proprii systematis cognoscendas.

(a) Flor. Paris. Prodr. (b) Termin. Bot. Philosoph. Bot. (c) Inst. Regn. Veget. (d) Itagog. in rem herb. (e) Demonst. Elem.
(f) Enchyr. Botan. (g) Compend. Botan. (h) Flor. Franc. (i) Fundam. Botan.

- Tab. I. f. 1. **O**rbiculatum folium.
2. Subrotundum, cujus figura ad orbiculatum proxime accedit.
 3. Ovatum.
 4. Ovale, sive ellipticum, cujus diameter longitudinalis duplus est diametro transversali, utraque extremitate angustiore, & rotundata.
 5. Oblongum, cujus diameter elliptico simile, sed cum majori longitudine.
 6. Lanceolatum, quod est oblongum, utrinque in acumen sensim attenuatum. (V. tab. 52. f. 1.)
 7. Lineare, cujus latitudo ubique in tota longitudine similis est, licet in extremitatibus acute finiat. (V. tab. 33. f. 2.)
 8. Subulatum est lineari affine, sed teretiusculum, & in acumen sensim attenuatum.
 9. Reniforme est ambitu rotundatum, basi excisum, & in latitudine magis, quam in longitudine extensum.
 10. Cordatum est ovatum basi excavatum, destitutum angulis posticis.
 11. Lunulatum est subrotundum basi excavatum, angulis posticis notatum.
 12. Sagittatum est triangulare, basi excavatum, angulis posticis instructum.
 13. Cordata-sagittatum est sagittatum basi cordata.
 14. Hastatum est triangulare basi, lateribusque excavatis, angulis patulis.
 15. Bifidum, h. e. in duas partes divisum; atque inde patet, quid sit trifidum, quadrifidum, quinquefidum etc.
 16. Trilobum est divisum versus medium in tres partes distantes, marginibus convexis.
 17. Palmatum est longitudinaliter in partes plures subaequales divisum versus basim, qua tamen cohaerent in unum; sive potius in lobos subaequales ultra dimidium subdivisum.
 18. Pinnatifidum, quod habet segmenta opposita pinnas referentia.
 19. Laciniatum est varie in partes sectum, partibus itidem indeterminate subdivisis.

- Tab. I. f. 20. *Sinuatum*, quod lateribus sinus dilatatos admittit.
21. *Sinuato-dentatum*, in quo sinus foliorum dentes veluti porrigunt.
22. *Quinquepartitum* est in quinque segmenta, sive lacinias divisum.
23. *Serratum*, quod, margine inciso, angulis acutis imbricatis extremitatem respicientibus notatur.
24. *Crenatum*, cujus margo in segmenta parva rotunda exsecatur.
25. *Acute emarginatum*, cujus extremitas acute excisa est.
26. *Cuneiforme*, cujus extremitas obtuse exsecta est.
27. *Binatum*, si bina foliola uno petiolo annexa sint.
28. *Ternatum foliolis sessilibus*, si foliola tria petiolo careant.
29. *Foliolis petiolatis*, si foliola petiolum habeant, distinctaque sint.
30. *Pinnatum cum impari*, si petiolus simplex lateribus annectat foliola plura, & terminetur foliolo impari unico. (*V. tab. 3. f. 1. & tab. 4. f. 1.*)
31. *Pinnatum abrupte* est pinnatum terminatum neque cirrho, neque foliolo.
32. *Pinnatum alterne*, foliolis alternis *pinnatum*.
33. *Pinnatum interrupte*, h. e. pinnatum foliolis interruptis, & alternis minoribus.
34. *Pinnatum cirrhose* est pinnatum terminatum cirrho.
35. *Conjugatum*, cum petiolus simplex utroque latere annectit foliolum unicum.
36. *Pinnatum foliolis decurrentibus, aut decursive* est pinnatum foliolis decurrentibus per petiolum.
37. *Pinnatum petiolis membranaceis*, si substantia foliosa decurrens membranam referat.
38. *Lyratum* est transversim divisum in lacinias, ita ut superiores majores sint, & inferiores remotiores minores.
39. *Duplicato-ternatum*, cum petiolus affigit tria foliola ternata.
40. *Duplicato-pinnatum, aut pinnato-pinnatum*, cum petiolus lateribus affigit foliola iterum pinnata.
41. *Triplicato-ternatum, aut ternato-ternatum*, cum petiolus affigit tria foliola bitermata.
42. *Triplicato-pinnatum*, cum petiolus affigit plura foliola bipinnata.
43. *a Peltatum*, cujus petiolus inseritur folii disco, non margini.
b Petiolatum, si petiolus annectitur folio ad marginem baseos.
c Sessile, si folia petiolo carent, & immediate cauli adnectuntur.
d Decurrens, vel alatum, si basis folii sessilis, dein ultra basin extendatur deorsum per caulem, ramum &c.
e Amplexicaule, si basis folii undique ambiat latera caulis transversim.
f Perfoliatum, si basis folii undique cingat transversim caulem.
g Connata folia, ubi foliorum oppositorum basis in unum utrinque coalescit.
h Vaginans, si basis folii format tubum cylindricum, caulem vestientem.
44. *a Articulata folia*, cum folium unum alterius ex apice excrescit.
b Stellata folia, quae radiatim instar stellarum disposita sunt.
c Terna, quaterna, foliis tribus, & quatuor ex eodem plano provenientius.
dd Opposita, cum folia duo decussatim nascuntur, sive collocantur.
ee Alterna, cum per gradus circum caulem, & ramum exit folium unum post alterum.
f Conferta, si numerus tam insignis est, ut ramus, vel caulis totus obtegatur.
g Imbricata, si conferta, & erecta se quoad partem dimidiam tegant instar imbricum.
h Fasciculata, si plura distincta folia ex eodem puncto prodeuntia sint.
45. *a SALVIA* in exemplum floris *labiati*, quem alii *Ringentem* dixerunt.
b Flos e calyce eductus exhibens Labium superius, quod est falcatum, & Labium inferius. Labium superius dicitur etiam Galea, inferius autem Barba vocatur.
c Stamina duo cum stylo, sive tuba.
 * Propter stamina duo pertinet ad *Diandria LINNÆI*, sive ad *Distemones* aliorum. Propterea quod numerus segmentorum floris sit quaternus, & stamina tantum sint duo, spectat ad *mejostemones HALLERI*.
d Calyx quinque-dentatus, & quoniam dentes superius, & inferius approximati veluti labiatam formam repraesentant, dicitur bilabiatus, labio superiore tri-dentato, sive trifido, inferiore bidentato.

Tab. I. f. e Calyx diductus, ut quatuor semina appareant, quae *nuda* sunt, sive nulla capsula continentur, praeter calycem, & stirpibus hujusce classis idcirco dederunt nomen *Gymnotetraspermarum*, sive herbarum semine quaterno nudo.

46. a VERONICÆ flos in exemplum *Corollae rotatae quadrifidae*.

* *Corollae* nomine Botanici intelligunt involucrum, quod proxime ambit germen, quod solet esse tenerae, & marcescentis substantiae, coloratum, multiplici, elegantique forma superbiens. Si hoc involucrum simplex sit, dicitur *Corolla monopetala*; si vero ex pluribus disjunctis partibus componatur, dicitur *Corolla polypetala*, simpliciter etiam solet dici flos *monopetalus*, aut *polypetalus*. Caeterum ex numero petalorum dicitur *dipetalus*, *tripetalus*, *tetrapetalus*, *hexapetalus*: & si petala plura sint, quam sex, *polypetalus*.

b Flos idem visus e latere, ut appareat *Calyx quadrifidus*, sive in quatuor profunda segmenta divisus.

* *Calyx* est exterius involucrum, quod viridem saepius colorem habet, saepe etiam persistit, atque corollam ambit.

c Capsula bilocularis cum stylo, sive tuba, cujus extremitas, sive stigma acutum est.

d Capsula aperta cum seminibus exeuntibus, duo locula ostendens, & idcirco dicta *bilocularis*, sive *diangia*.

* Herbae, quarum fructus est capsula sicca membranacea, semina continens, dicuntur *angiospermae*, & ex numero loculorum, in quibus haec capsula semina continet, *monangiae*, *diangiae*, *triangiae*, *tetragiae*, *pentangiae*, aut etiam *polyangiae*, sive *uniloculares*, *biloculares*, *triloculares*, *quadriloculares*, *quineloculares*, aut *multiloculares*. Loculum porro unumquodque, si unum contineat semen, dicitur *monospermum*, si duo *dispermum*, si tria *trispermum*, si plura semina *polyspermum*, quae vero stirpes fructum habent *trilocularem*, loculo unoquoque *monospermo* proprie dicuntur *Tricoccae*.

47. a GALII flos in exemplum floris quadrifidi rotati cum staminibus quatuor, & stylo bifido, sed microscopio auctus.

* In GALIO corolla est fructui imposita, & proptereaquod fructui corolla insideat, dicitur *Epicarpia*, sive *Supera*. Stamina sunt quatuor, atque ex hoc numero staminum quaternario pertinet ad *Tetrandia LINNÆI*, sive ad *Tetrestemones*. Illi flores, qui soluta, & libera habent, & aequalis longitudinis stamina quinque, sex, septem, octo, novem, decem, aut duodecim, &c. dicuntur a LINNÆO *Pentandria*, *Hexandria*, *Heptandria*, *Octandria*, *Enneandria*, *Decandria*, *Dodecandria*, aut aliis *Pentastemones*, *Hexastemones*, *Heptastemones*, *Octostemones*, *Enneastemones*, *Decastemones*, *Dodecastemones*.

b In naturali magnitudine flos exhibetur.

* Essentia floris consistit in Staminibus, & Germine. STAMINA componuntur ex *Filamento*, *Antheris*. ANTHERÆ filamentis interdum carent, & *sessiles* vocantur. ANTHERÆ pulverem seminalem, sive *Pollen* parant, quem interdum elastica vi dispergunt. Tenuior activa hujusce materiae seminalis portio germen foecundat. GERMEN saepius *stylo*, aut *tuba* instructum est, quam finit stigma. STIGMA id est in vegetabilibus, quod vulva in animalibus, atque TUBA vaginae vices gerit. Stamina igitur sunt partes genitales masculinae in vegetabilibus; germen autem constituit genitales partes femininas. Si hae partes masculinae, aut femininae in eodem flore existant, flos dicitur *Hermaphroditus*. Si distinctis locis, in eodem tamen individuo, sejunctaeque sint partes masculinae, & femininae, hujusmodi plantae dicuntur a LINNÆO *Monoecia*. Si in distincto individuo sejunctae hujusmodi partes sint, ut in CANNABE, vocantur *Dioecia*, atque inde patet quid sint flores *Masculini*, quid *Feminini*. Si distinctis locis adsint flores masculini, feminei, & hermaphroditi, hae plantae pertinent ad *Trioecia*.

48. ASPERULÆ *cynanchicae* flos in exemplum corollae *infundibuliformis*, *limbo quadrifido*.

* Dicitur *infundibuliformis*, *limbo quinquesido*, eo quod infundibulum referat. Hic etiam flos pertinet ad *Epicarpia*, atque in Icone corolla manifeste apparet fructui imposita. Fructus tam GALII, quam ASPERULÆ, quam

- coalescat ex duobus seminibus coalitis nudis, quae nulla capsula continentur, propterea rediguntur ad stirpes *Gymnodispermas*.
49. *a* Flos THYMI labiatus, cujus *labium superius*, sive *galea* plana est non concava, parum fissa, *labium inferius*, sive *barba* profunde divisa est in tria segmenta ovalia subaequalia.
- bb* Stylus, sive Tuba.
- cc* Stamina quatuor suis *apicibus*, sive *antheris* instructa, quorum duo breviora sunt.
- d* Calyx profunde *quinquedentatus*, & *bilabiatus*.
- * Flos THYMI habet stamina quatuor, quorum duo breviora, duo longiora sunt, eadem proportio staminum nitide apparet in TEUCRIO (*n.* 52.); propter hunc numerum, & hanc staminum proportionem hujus classis flores vocavit LINNÆUS *Didynamia*, & *Gymnosperma* eo quod instar SALVIÆ nuda semina maturent in calyce.
50. LAMII flos.
51. *a* Idem calyce exemptus antrorsum visus. Galea concava est, barbae segmentum medium bilobum.
- b* Calyx apertus, semina quatuor continens. Hic calyx vere bilabiatus non est.
52. TEUCRII flos, sive flos monopetalus *unilabiatus*, stamina etiam quatuor cum stylo, sive tuba possidet, sed galeam nullam habet, dentes tantummodo duos divergentes pro egressu staminum.
53. PEDICULARIS *incarnatae* flos, cujus *galea rostrata* est.
54. *a* ANTHIRRINI flos corniculum, sive *Nectarium*, sive *Calcar* postice educens.
- * Pertinet hic flos ad *Personatos* TOURNEFORTII, & *Dydnamia angiosperma* LINNÆI, eo quod semina capsula contineantur.
- b* Calyx quinquefidus. Eadem figura stamina repraesentat, quae quatuor sunt, duobus brevioribus.
- c* Calyx, qui est profunde quinquefidus, & patens. Cernere etiam licet germen, sive embryonem fundo calycis impositum cum suo stylo, sive tuba, extremitas tubae, sive styli vocatur *Stigma*. Germen una cum stylo venit TOURNEFORTIO sub nomine PISTILLI.
55. *a* PULMONARIÆ flos in exemplum floris *hypocrateriformis*, qui est tubulatus cum imposito limbo, tamquam cratere.
- b*. Flos e calyce exemptus, ut tubus floris appareat.
- c*. Calyx, qui est profunde quinquedentatus, apertus, ut quatuor germina cum tuba, sive stylo appareant.
56. *a* CORTUSÆ flos in exemplum floris monopetali *rotati*, profunde quinquefidi. Stamina quinque ex imo flore nata, & conniventia stylum comprehendunt.
- b* Calyx ad medium usque quinquefidus.
- * Flores, qui habent stamina corollae inserta, sunt VERONICA, GALIUM, ASPERULA, THYMUS, &c. & ea dixit GLEDITSCHIUS *Petalostemones*.
57. PRIMULA *auricula* in exemplum alterum floris Hypocrateriformis, qui calycem habet quinquefidum.
- * Calyx dicitur *bifidus*, *trifidus*, *quadrifidus*, *quinquefidus*, *sexfidus*, *octofidus*, *decemfidus* &c. pro numero segmentorum. Calyx etiam si non componatur ex pluribus partibus dicitur *monophyllus*, si segmenta breviter fuerint pro numero segmentorum vocatur *bidentatus*, *tridentatus*, *quadridentatus*, *quinquedentatus* &c. In PRIMULA segmenta corollae incisa sunt, non integra, ut in PULMONARIA, & in VERBASCO.
58. *a* Verbasci flos planus rotatus segmentis inaequalibus; duo enim inferiora paullo minora sunt.
- * Flores monopetali, quorum corolla dividitur in partes aequales, dicuntur *regulares*, aut *aequales*. Si vero segmenta inaequalia fuerint, *irregulares*, aut *inaequales*. Si staminum numerus respondeat numero segmentorum floris, aut numero petalorum nuncupantur ab HALLERO *Isostemones*.
- b*. VERBASCI calyx cum embryone stylum, sive tubam suam ferente.
59. *a*. Flos CAMPNULÆ in exemplum floris campaniformis.
- b*. Ejus calyx.
60. POLYGONATI flos in exemplum floris *tubulati nudi*, sive calyce destituti, limbo sexfido.

v

Tab. I. f. 61. *a* Flos SCABIOSÆ in exemplum floris aggregati, sive floris monopetali compositi antheris liberis.

b Flosculus marginalis exemptus, suoque germi insidens.

* Consulat Lector Tabulam 47., quae exhibet SCABIOSAM transylvanicam; in ea Tabula separatim delineantur flosculi, sive corollulae suis quatuor staminibus instructae.

62. *a* Flos CHRYSOCOMÆ in floris discoidei exemplum.

b Ejusdem floris calyx.

* Flores hujusce ordinis dicuntur compositi, discoidei, sive tubulosi, eo quod nimirum calyce communi plures flosculi subaequalis altitudinis, & aequales inter se discam, sive scutum veluti referant. Flosculi in his generibus habent antheras quinque in unum tubum coalitas, quemadmodum distinctius patebit in exemplo sequentis numeri.

63. *a b* CARDUI flos in exemplum floris compositi capitati.

ccc Embryo, sive semen, cui primum pappus impositus est, & deinde flosculus quilibet.

d Flosculi CAMPANULÆ quinquefidae.

e Stamina in unum tubum coalita, quae stylum complectuntur.

eee Stamina antheris diductis.

fff Stylus, sive tuba.

64. CENTAUREÆ flos

* CENTAUREÆ genus praebet exemplum floris compositi capitati, sed flosculi peripheriae steriles sunt, eunuchi subjectum germen habent, quod abortit, hujusmodi flores nullas habent partes femineas, aut masculinas.

65. *a* Exemplum floris compositi, monopetali, semiflosculosi, aut planipetali, sive ligulati.

b Calyx imbricatus ex tribus squamarum ordinibus.

c Receptaculum, sive thalamus, sive placenta flosculos recipiens. Placenta nuda dicitur, si neque pili, neque squamae, aut paleae ex ejus superficie erigantur, si foraminibus ea excavetur, dicitur alveolata.

d Semen cum pappo sessili simplici.

e Semen cum pappo simplici, sed stipitato, sive per filum cum semine connexum.

f Semen cum pappo stipitato plumoso.

66. *a* Exemplum floris compositi radiati, sive mixti ex flosculis, & semiflosculis.

bb Semiflosculi radicem constituentes, flosculi autem campanulati centrum, sive discum occupant.

c Semen pappo coronatum.

d Semen coronatum margine denticulato.

e Semen aristis coronatum.

* Flores exhibiti sub numeris 62. 63. 64. 65. & 66. ad Classem Syngenesiorum reduxit LINNÆUS, eo quod antheras habeant in unum tubum coalitas; singularis autem est diversitas sexuum in flosculis, qui hosce flores componunt. Si flores omnes aequaliter hermaphroditi sint, uti in semiflosculosis fere omnibus, & in pluribus discoideis, & capitatis, appellantur Syngenesia polygamiae aequalis. Si feminae adsint, quae ab hermaphroditis foecundentur, hermaphroditorum feminis fertilibus, dicuntur Polygamia superflua: magna pars radiatorum huc spectat. Si femineae adsint, quae propter vulvae defectum ab hermaphroditis foecundari non possint, dicuntur Polygamia frustranea, ut in CENTAUREA. Si vero Hermaphroditorum germina ob vitium aliquod, aut defectum vulvae abortiant, femineis fertilibus, tunc vocatur Polygamia necessaria, uti in CALENDULA, MICROPO &c.

67. *a* ALYSSUM in exemplum floris tetrapetali cruciformis.

b Lamina petali cum ungue, qui est attenuata petali extremitas.

c Calyx tetraphyllus, h. e. ex quatuor foliolis compositus.

d Stamina sex cum stylo, quorum duo breviora sunt.

* Propter stamina sex, quorum duo breviora sunt, vocavit LINNÆUS hanc Classem Tetrodynamia.

e SILICULA, sive fructus.

- Tab. I. f. *f* Fructus apertus, ut binae *valvae* appareant cum *DISSEPIENTO* valvis *parallelo*.
68. *a* *THLASPI* in aliud exemplar floris *tetrapetali cruciformis*.
b Calyx.
c Fructus, sive silicula *marginē foliaceo, emarginata* cum stylo persistente.
d Valva una separata. In hoc genere siliculae *dissepimentum* valvis *contrarium* dicitur.
69. *a* *CARDAMINES* flos, qui est etiam *tetrapetalus cruciformis*.
b Silicula *bilocularis cum dissepimento*.
c Valvae *elastice revolutae cum dissepimento*, cui semina adhaerent.
70. *a* *EPILOBII* flos alteram speciem exhibet floris *tetrapetali*; Icon exhibet *petala, calycem, stamina, & stigma quadrifidum*. Fructus inferus est, sive flos *embryoni insistit*.
b Fructus, sive capsula *EPILOBII quadrivalvis*.
71. *a* *ASTRAGALUS* in floris *papilionacei tetrapetali* exemplum.
b *VEXILLUM*, sive petalum superius, quod solet esse reflexum.
cc *ALÆ*, sive petala lateralia.
d *CARINA* sive petalum inferius, quod solet *embryonem complecti*.
ef *Stamina embryonem cingentia, qui abit in legumen*.
gh *Stamina novem veluti in membranam communem connexa sunt, unum autem litera h demonstratur solutum, & liberum*.
72. *PSORALEÆ* flos in floris *papilionacei pentapetali* exemplum.
a Vexillum.
b Calyx.
cc Alae duae laterales.
dd Carina ex duobus jam separatis petalis constans, *h e Dipetala*.
 * Plantae flore *papilionaceo*, ab aliis dictae *leguminosae* sunt, eo quod earum fructus soleat esse *LEGUMEN* modo *uniloculare*, modo *biloculare* semina suturae valvarum annexa continens, uti videre est in *VICIA, LATHYRO, &c. LINNÆUS* propter stamina hac ratione disposita in *duo corpora* vocavit *Diadelphia*.
73. Flos *Pentapetalus umbellatus*.
a *Involucrum universale, & umbella universalis*.
b *Umbella partialis, & involucrum parziale, hoc est partialis umbellae, quae dicitur etiam umbellula*.
c Flos unicus separatim exhibitus.
 * Plantae *umbelliferae* fere omnes habent *petala quinque, stamina quinque, stylos duos, fructum inferum*; quod in *duo distincta, sed approximata, aut adhaerentia* semina solet evadere, ad *Gymnodispermas* etiam pertinent.
d *SESELI* in exemplum seminis *ovati striati*.
e *LIGUSTICUM* in exemplum seminis *costati subalati*.
f *LASERPITIUM* in exemplum seminis *alati alis quatuor membranaceis pellucidis*.
g *SELINUM* in exemplum seminis *alati ala tantum marginali, & pellucida*.
h *HERACLEUM* in exemplum seminis *plani compressi*.
i *TORDYLIUM* in exemplum seminis *compressi margine cincti*.
l *CAUCALIS* in exemplum seminis *aculeis tecti*.
m *LIBANOTIS* in exemplum seminis *pilis tecti*.
n *SIUM* in exemplum seminis *oblongi*.
o *MYRRHIS* in exemplum seminis *longi*.
74. *a* *SAXIFRAGA* in exemplum floris *pentapetali calyce monophyllo instructi*.
b *Ejusdem floris calyx, & stamina cum stylis duobus*.
75. *SILENES Vallesiae* flos in exemplum alterius floris *pentapetali*.
a b Calyx *quinquedentatus*.
c Fructus, sive capsula, quae *quinque valvis apice dehiscit*.
 * Stirpes, quae *florem pentapetalum, & calycem subcylindricum monophyllum* habeant, vocavit *Caryophylleas* *TOURNEFORTIUS*. Propter *stamina decem, & tres stylos* pertinet *SILENE* in systemate *Linnaeano* ad *Decandria trigynia*. *SILENE, & SAXIFRAGA* spectant ad *Diplostemones* *HALLERI*, eo quod *staminum numerus duplus sit numero petalorum*.

- Tab. I. f. 76. *a* Pōtentilla in exemplum alterius floris *pentapetali*.
b Calyx planus profunde decemfidus, segmentis alternis minoribus.
 * Propter stamina numerosa calyci inserta, plurimosque stylos, sive embryones redigitur ad *Icosandria Polygynia* LINNÆI; GLEDITSCHIUS ad *Calycostemones* retulit propter stamina calyci inserta. Nobis est flos *pentapetalus*, calyce *monophyllo* instructus, fructu *gymnopolyspermo*.
77. *a* RANUNCULI flos.
b Fructus ex pluribus seminibus nudis, sive *Gymnopolyspermus*, pertinet ad *Polyandria Polygynia* LINNÆI.
c Calyx pentaphyllus.
 * Propter stamina plurima receptaculo, non calyci inserta GLEDITSCHIUS refert ad *Thalamostemones*.
78. *a* HYPERICI flos.
b Stamina.
c Calyx cum embryone tres stylos ferente.
 * Ex numero stylorum, aut etiam stigmatum, sive tubarum flores dicuntur *monostyli*, *distyli*, *tristyli*, *tetrazyli* &c.; a LINNÆO autem *monogyni*, *digyni*, *trigyni*, *tetragyni* &c. HYPERICI flores *tristyli* sunt, sive *trigyni*.
d Eadem stamina in plures phalanges coalita sunt.
 * Nobis est planta flore *pentapetalo staminibus in plura corpora coalitis*: LINNÆUS vocat *Polyadelphia*.
79. *a* MALVÆ flos in exemplum floris *pentapetali*, *staminibus in unum corpus coalitis*.
b Calyx cum machina staminum, quae in unum tubum coalita sunt.
c Calyx, qui duplex, exterior *triphyllus*, interior profunde *quinquefidus*.
d Fructus ex minimis capsulis circum axim positus conflatus.
 * Propter filamenta staminum in unum corpus coalita inter *Monadelphia* recenset LINNÆUS, hujus ordinis plantae *Columniferae* etiam dictae sunt propter columnam, sive tubam, quae filamentorum coalitorum corpore circumcingitur, atque in medio floris elevatur.
80. *a* DELPHINII flos in exemplum floris *pentapetali calyce nullo*.
b Nectarium ex duabus laminis in cornua abeuntibus.
c Duo laminae nectarii petala mentientes, & stamina protegentes.
d Fructus DELPHINII ex tribus capsulis compositus, sive potius *folliculis*, qui juxta longitudinem suam intus aperiuntur.
 * In systemate GLEDITSCHII pertinet ad *Thalamostemones*; in systemate *Linnaeano* ad *Polyandria Trigynia* propter stamina plura quam duodecim, receptaculo inserta, & tria germina. Hic flos propter petala inaequalia refertur ad *Pentapetalas flore irregulari*.
81. *a* VIOLÆ flos.
b Capsula
c Eadem capsula unilocularis, quae tribus valvis aperitur.
 * Propter antheras connatas ad *Syngenesia Monogamia* retulit LINNÆUS, si unum tantum germen adsit.
82. *a* ORCHIS.
b Labium inferius.
c Machinula, sive nectarium, in cujus duobus loculis locantur antherae duae.
d Filamenta antherarum.
 * Propterea quod in hoc ordine partibus foemininis masculinae partes insideant, GLEDITSCHIUS plantas hujusce Classis vocat *Stylostemones*. Cl. LINNÆUS *Gynandria* vocavit.
83. *a* ALLIUM in exemplum floris *hexapetali hypocarpii*.
b Petalum cum stamine simplici.
c Stamen tricuspdatum.
d Capsula trilocularis.
e Eadem transversim secta, ut tres loculi appareant.
 * Spectat ad *Hexandria Monogynia* LINNÆI. *Hypocarpium* flos dicitur, eo quod petala non ex summo fructu, sed ad basim germinis nascantur. Pertinet etiam ad *Thalamostemones* GLEDITSCHII, TOURNEFORTIUS, ROYENUS, aliique ad

Tab. I. f. *liliaceum* florem revocarunt, sub eadem Classe comprehendentes ea genera, quae florem habent monopetalum, & ea quae florem habent polypetalum. Nos *monopetalas* distinctas a *polypetalis* proposuimus.

84. ANEMONES flos in exemplum floris *polypetali*.

Hae explanationes pertinent ad figuras *Tabulae primae*, atque maximam partem *Nomenclaturae Botanicae* comprehendunt; quaedam autem adhuc vocabula si non Icone, saltem verbis explananda supersunt ad Tyronum institutionem. Ea nunc subjiciemus, aliquod etiam lumen ex aliis Tabulis mutuantes. Monemus autem eas Nomenclaturas nos praetermittere, quae ex vocabuli significatione satis patent, neque plura persequi, quam quae FLORA nostra requirit.

- N.º 1. RADIX *praemorsa*, aut *truncata* dicitur, quae in progressu suo truncata est, neque attenuato apice finit. *Articulata*, quae internodiis geniculata est, uti in *POLYGONATO officinali*. *Fascicularis*, aut *fasciculata*, quae veluti ex radicibus simplicibus rectis uno capite collectis componitur (V. tab. 67. fig. 1.). *Bulbosa*, quae componitur ex substantia, formae subrotundae, aut ovatae, saepius tunicata, succulenta (V. tab. 74. f. 2.). *Granulata* ex parvulis numerosis bulbis coalescit communi tunica non comprehensis.
2. TRUNCUS plantarum in arboribus proprie dicitur TRUNCUS, in herbis plerisque CAULIS, in graminibus CULMUS. Quod si ex radice foliis nudus proveniens fructificationem sustineat, dicitur SCAPUS, ut in *POLYGONATO majali*, NARCYSO, plurimisque *liliaceis*. STIPES vocatur in *Fungis*, & *Filicibus*. SURCULI demum appellatione venit in *Muscis*. Caulis *stoloniferus* dicitur si progrediendo radices agat, novamque sobolem gignat, uti in *VIOLA odorata*, *VERONICA officinali*, *pyrenaica* (V. tab. 46. f. 3.). Caulis anceps dicitur, qui habet angulos duos oppositos acutiusculos instar gladii ancipitis. Si lineis tenuissimis excavetur *striatus* dicitur. *Sulcatus* autem, si sulcis profundis exaretur. *Dichotomus*, si continuo bifariam dividatur, quemadmodum sunt EUPHORBIA-RUM plerarumque umbellae. *Brachiatus* ramos habet decussatim oppositos. *Coarctati* rami, qui multi secundum longitudinem recte accumbant trunco angulis acutissimis. *Divergentes* ad angulum rectum a Trunco discedunt. *Divaricati* sine ordine, maximisque angulis a Trunco quaqua versum secedunt.
3. Folia duplicem superficiem praebent, sive paginam superiorem, & inferiorem. *Villosa* vocatur, quae pilis mollibus pubescit. *Tomentosa* si hujusmodi villi ita intertexti sint, ut distincti non videantur, densamque superficiem veluti addant; quod si hujusmodi appressi villi decumbentes, & vix intertexti sericum, ut ita dicam, referant, *sericea* vocatur; *lanata*, si tactu, & aspectu rudius intertexti villi sint, *pilosa*, quae distinctis pilis instruitur, *barbata*, quae habet pilos confertos, prolixos, & paralellos; setae rigidiusculae sparsae *hispidi* nomen praebent.
4. ACULEI a SPINIS in eo differunt, quod hae ex ligni substantia, illi ex cortice prodeant.
5. STIPULÆ constituunt basim petiolorum, aut pedunculorum, atque caulem, ramos, & pedunculos solent amplecti (V. tab. 10. f. 2. tab. 20. f. 3. tab. 45. f. 1. 2.).
6. BRACTEÆ sunt folia floribus subjecta colore, & figura sua a reliquis foliis distincta (V. tab. 14. f. 4.)
7. PEDUNCULUS est respectu floris idem, ac petiolus respectu folii. *Terminalis*, qui tamum, vel caulem terminat. *Axillaris*, si ex ala inter folium, & caulem prodeat. *Oppositifolius*, qui nascitur in latere, qui opponitur ottui folii. *Laterifolius*, qui ad latus baseos folii provenit. Pedunculus *incrassatus*, qui florem versus sensim majorem crassitiem acquirit. Pedunculi numerosi sessiles caulem annullatim ambientes VERTICILLUM constituunt; plurimi in globum congesti CAPITULUM; in longa serie sessiles, aut sessiles, & approximati SPICAM (V. tab. 46. f. 2. 3. & 47. f. 1.). In corymbo singuli flores petiolis propriis instructi, atque situ elevato proportionali positi brevem, laxamque spicam veluti repraesentant. In RACEMO longa serie, neque congesti longiusculi pedunculi flores sustinent (V. tab. 17. f. 1.). In PANICULA fructificatio sustinetur pedunculis partialibus diverse subdivisis. (V. tab. 91. f. 2.)

Tab. I. fig. 8. Pulposi fructus nomine intelligo fructum, cujus substantia carnosae succulenta amplectitur semina, drupam nimirum, cujus substantia coriacea, carnosae tamen, nucleum osseum continet; POMUM, quod est fructus substantiae carnosae non coriaceae involvens capsulas semina continentes; BACCA, quae est fructus carnosus, saepe tener sine capsulis semina nuda continens. Hae sunt species fructus pulposi, quas habet Cl. LINNÆUS, alias fructuum pulposorum differentias proponit Cl. SCOPOLI, nos, qui Systema non universale, sed FLORAM conscribimus, Pulposi fructus nomine omnes differentias complectimur.

9. AMENTACEÆ, sive JULIFERÆ plantae in tereti receptaculo communi, filiformi, paleaceo flores porrigunt. AMENTUM saepe squamis imbricatim positum instructum est, quae Calycis vices gerunt, uti in SALICE, CORYLO &c. STROBILUS est Amenti species brevis, conica, saepius ex squamis induratis composita, uti sunt *Strobili PINI*.
10. SPADIX est receptaculum, sive PEDUNCULI species in ramulos fructificantes divisa, qui ex vagina quadam membranacea, quae longitudinaliter rumpitur, prodire solet; hujusmodi vagina vocatur SPATHA, ut in IRIDE, ARO &c.
11. APETALÆ illae plantae sunt, quarum flores calyce instructi petalis carent, dictae etiam sunt flore imperfecto, aut incompletæ. Nudae vocantur illae, quarum flores calyce, & corolla destituuntur, staminibus tantum, & pistillo instructae.
12. GRAMINA proprius habitus designat. Genitales partes staminum, & pistillorum protegunt, & complectuntur squamae, quae GLUMÆ dicuntur. Gluma, aut glumae exteriores calycis vice funguntur, interiores corollae officium praebent. Semini interdum adhaerent; Glumas *folliculi* vocat HALLERUS. Non infrequenter filum, quod ARISTA dicitur, glumas terminat, aut ex dorso glumae nascitur.
13. CRYPTOGAMIA, sive aliis etiam CRYPTANTHERÆ sunt plantae illae, quarum fructificatio obscura admodum est, aut etiam partibus genitalibus omnibus non patentibus.
14. FILICES capsulas seminales visibiles praebent, atque eae in inferiori pagina foliorum diversa ratione positae esse solent. Hujusmodi plantae *dorsiferae*, aut *epiphyllispermae* dictae sunt. Circa reliqua, quae ad CRYPTOGAMIAM spectent, consulat Lector eximios VIROS DILLENIIUM, MICHELI, LINNÆUM, NECKER &c.

x			
Tab. II. F.	1. Nepeta nepetella N.º 134	XXII.	1. Veronica tenella 272
	2. Molucella frutescens 122		2. Sedum alsinefolium 1740
	3. Stachys hirta 113		3. Saxifraga adscendens 1537
III.	1. Pedicularis hirsuta 227		4. Veronica succulenta 283
	2. Pedicularis incarnata 228		5. Veronica pumila 270
IV.	1. Pedicularis comosa 229	XXIII.	6. Viola cenisia 1641
	2. Pedicularis incarnata 228		1. Saponaria lutea 1560
V.	1. Primula viscosa 338		2. Silene vallesia 1574
	2. Androsace carnea 327	XXIV.	3. Silene cordifolia 1581
	3. Cortusa Matthioli 340		1. Potentilla valderia 1484
VI.	1. Campanula valdensis 400		2. Potentilla verna 1481
	2. Campanula cenisia 395	XXV.	3. Viola valderia 1644
	3. Campanula alpestris 418		1. Allium nigrum 1881
VII.	1. Campanula vesula 397		2. Scabiosa pyrenaica 512
	2. Campanula elatines 422	XXVI.	3. Delphinium peregrinum 1503
	3. Phyteuma Michellii 427		1. Scabiosa pyrenaica 512
VIII.	1. Draba pyrenaica 894		2. Vicia bithynica 1199
	2. Artemisia Boccone 616		3. Scutellaria alpina 142
	3. Artemisia glacialis 617		4. Arenaria striata 1712
IX.	1. Artemisiae Boccone var. 616		5. Arenaria lanceolata 1715
	2. Achillea nana 663	XXVII. 1. &	6. Viola Ruppil 1646
	3. Achillea herbarotta 656		3. Hieracium spicatum 795
	4. Viola nummulariaefolia 1640	XXVIII.	2. Hieracium sabaudum 796
X.	1. Arenaria grandiflora 1711		1. Hieracium murorum 785
	2. Ononis cenisia 1173		2. Hieracium paludosum 788
	3. Artemisia tanacetifolia 608	XXIX.	3. Hieracium glaucum 781
XI.	1. Chrysanthemum discoideum 687		1. Seriola urens 851
	2. Chrysocoma linosyris 634	2. & 3.	Hieracium grandiflorum 794
XII.	Cirsium pyrenaicum 549	XXX.	1. Crepis austriaca 808
XIII.	Cirsium helenioides 553		2. Hieracium amplexicaule 792
XIV.	1. Hieracium aurantiacum 778	XXXI.	1. Picris taraxaci 769
	2. Hieracium alpinum 771		2. Hieracium paludosum 788
	3. Hypochaeris uniflora 849		3. Hieracium capillaceum 779
	3. Picris saxatilis 766	XXXII.	1. Hypochaeris uniflora 850
XV.	1. Hieracium amplexicaule 792		2. Leontodon livens 761
	2. Hieracium prunellaefolium 784		3. Crepis albida 800
XVI.	1. Sonchus picroides 819	XXXIII.	1. Prenanthes ramosissima 830
	2. Sonchus maritimus 818		2. Prenanthes tenuifolia 828
XVII.	1, 2. Arnica Clusii 745	XXXIV.	Cirsium heterophyllum 554
	3. Senecio uniflorus 728	XXXV.	Carduus personata 537
XVIII.	1. Brachiolobos pyrenaicus 1013	XXXVI.	Cirsium purpureum 548
	2. Alyssum alpestre 888	XXXVII.	1. Chrysanthemum ceratophylloides 686
	3. Cardamine bellidifolia 949		2. Chrysanthemum montanum 689
	a <i>Siliqua hujusce</i> Cardamines		3. Thymus piperella 81
	b <i>Siliqua</i> Turritidis bellidifoliae	XXXVIII.	1. Onopordum rotundifolium 526
XIX.	1. Onobrychis saxatilis 1191		2. Cineraria alpina 738
	<i>Pictor male exhibuit aculeatos fructus.</i>		3. Senecio parviflorus 727
	2. Astragalus vulnerarioides 1278	XXXIX.	4. Chenopodium augustanum 2020
	3. Astragalus depressus 1277		1. Campanula glomerata 411
XX.	1. Lotus cytisoides 1136		2. Phyteuma Scheuchzeri 428
	2. Cheiranthus alpinus 986	XL.	3. Primula longiflora 335
	3. Ononis Columnae 1166		1. Turritis bellidifolia 980
XXI.	1. Saxifraga biflora 1530		2. Turritis caerulea 981
	2. Saxifraga purpurea 1531	XLI	3. Iberis garexiana 920
	3. Saxifraga oppositifolia 1529		1. Ononis foetens 1164
	4. Saxifraga hypnoides 1538		2. Astragalus cicer 1266
	5. 6. Saxifraga pedemontana 1540		

XLII.	1. Vicia onobrychioides	1198
	2. Trifolium pannonicum	1099
XLIII.	Ligusticum austriacum	1323
XLIV.	1. Arenaria biflora	1699
	2. Silene Nicaeensis	1576
	3. Anemone baldensis	1928
XLV.	1. & 2. Cistus pilosus	1672
	3. Cistus canus	1664
	4. Cistus roseus	1675
XLVI.	1. Androsace obtusifolia	326
	2. Campanula spicata	414
	3. Veronica pyrenaica	265
XLVII.	1. Campanula spicata	414
	2. Campanula rotundifolia	398
XLVIII.	Scabiosa transylvanica	504
	<i>Speciatim exhibentur flores interiores aequales, exteriores aliquantum inaequales, & fructus squama sua ex parte comprehensus, atque microscopio auctus.</i>	
XLIX.	1. Centaurea elegans	599
	2. Cirsium medium	542
L.	Cnicus ferox	565
LI.	Carlina acanthifolia	571
LII.	1. Lactuca augustana	823
	2. Prenanthes viminea	829
LIII.	1. Achillea magna	668
	2. Achillea ligustica	660
LIV.	1. Lunaria halimifolia	900
	2. Iberis garexiana	920
	3. Lunaria argentea	901
LV.	1. Sinapis pyrenaica	960
	2. Lepidium rotundifolium	925
LVI.	1. Cardamine amara	954
	2. Brachiolobos sylvestris	1012
LVII.	1. Cardamine thalictroides	951
	2. Cardamine resedifolia	950
	3. Sisymbrium dentatum	1001
LVIII.	1. Brassica Richerii	967
	2. Cheiranthus Boccone	988
LIX.	1. Lotus Dioscoridis	1131
	2. Vicia lathyroides	1202
	3. Trifolium saxatile	1108
LX.	1. Ligusticum ferulaceum	1319
	2. Ligusticum mutellina	1318
LXI.	1. Daucus mauritanicus	1381
	2. Saxifraga muscoides	1528
LXII.	Libanotis montana	1378
LXIII.	Danaa aquilegifolia	1392
LXIV.	1. Spergula saginoides	1735
	2. Arenaria austriaca	1708
	3. Arenaria biflora	1699
	4. Arenaria obtusa	1714
LXV.	1. Sempervivum hirtum	1938
	2. Sedum album	1751
	3. Sedum galioides	1742
	4. Sedum atratum	1750
	5. Sedum hirsutum	1754

Fructus immaturus microscopio auctus, ut germina stylis suis instructa appareant.

	6. Sedum saxatile	1749
LXVI.	Aquilegia alpina	1508
LXVII.	1. Ranunculus rutaefolius	1451
	2. Anemone baldensis	1928
	3 & 4. Ranunculus Columnae	1453
LXVIII.	1. Polygonum alpinum	2049
	2. Polygonum strictum	2051
LXIX.	1. Euphorbia Nicaeensis	1039
	2. Aster amellus	702
LXX.	1. Valeriana salianca	9
	<i>Obs. Semen verò pappigerum est, quod Icon non exhibet, neque bene expressa sunt folia floralia in hac compacta umbella.</i>	
	2. Artemisia tanacetifolia	608
	3. Picris danubialis	768
LXXI.	1. Potentilla hirta	1478
	2. Ligusticum simplex	1324
	<i>Umbella partialis. Flos, & fructus microscopio aucti.</i>	
LXXII.	Smyrniium nodiflorum	1347
LXXIII.	Carduus leucographus	529
LXXIV.	1. Centaurea Nicaeensis	594
	2. Colchicum montanum	434
LXXV.	1. Crepis nemausensis	809
	2. Mentha austriaca	73
LXXVI.	1. Ranunculus plantagineus	1445
	<i>Maximum exemplar plantae in Horto cultae.</i>	
	2. Brassica Richerii	967
LXXVII.	1. Galium murale	34
	2. Galium lucidum	21
	3. Asperula hexaphylla	48
	4. Galium cinereum	22
LXXVIII.	Rapistrum rugosum	940
LXXIX.	1. Silene acaulis	1583
	2. Silene exscapa	1584
	3. Silene sericea	1573
	4. Galium megalospermum	35
LXXX.	1. Astragalus vesicarius	1269
	2. Anemone Halleri	1922
LXXXI.	1. Hieracium glaucum	781
	2. Hieracium staticifolium	782
LXXXII.	1. Hesperis laciniata	985
	2. Ranunculus polymorphus	1449
LXXXIII.	1. Hypericum maculatum	1433
	2. Euphorbia Taurinensis	1046
LXXXIV.	1. Stachys heraclea	112
	2. Scutellaria Columnae	145
LXXXV.	1. Veronica Bellardi	282
	2. Veronica romana	289
	3. Plantago Bellardi	300
	4. Anagallis verticillata	318
	5. Campanula Bellardi	396

- | | | | | | | | |
|-----------|----|---|------|-------|----|--|------|
| LXXXVI. | 1. | Lunaria halimifolia | 900 | | 2. | Arenaria capillacea | 1705 |
| | 2. | Isatis alpina | 944 | | 3. | Arenaria recurva | 1713 |
| LXXXVII. | | Sinapis recurvata | 963 | | | Obs. <i>Neque omnino placet haec</i> | |
| LXXXVIII. | 1. | Saxifraga Bellardi | 1536 | | | <i>Icon, quum folia tenuiora,</i> | |
| | 2. | Saxifraga exarata | 1539 | | | <i>& acutiora sint, inferiora</i> | |
| | 3. | Reseda sesamoides | 1618 | | | <i>fasciculata, & magis recurva.</i> | |
| | | <i>Separatae Icones exhibent petalum profunde laciniatum, calycem pentaphyllum, & capsulas quinque microscopio auctas.</i> | | | 4. | Carex trigona | 2325 |
| | 4. | Cerastium lineare | 1729 | | | Obs. <i>Spicae non exhibentur vere trigonae, ut reapse sunt.</i> | |
| | | <i>Separatis figuris delineata sunt calyx cum embrione, petalum, stamina cum pistillis, Calyx cum capsula, capsula quinquevalvis dehiscens, Semina.</i> | | | 5. | Carex bipartita | 2301 |
| | 5. | Scirpus annuus | 2371 | XC. | 1. | Sedum nicaeense | 1752 |
| LXXXIX. | 1. | Arenaria tetraquetra. | 1718 | | 2. | Polygonum Bellardi | 2052 |
| | | <i>Obs. Pictor male pilosam fecit, quae tantum levissime pubescit, neque satis recurvata folia exhibuit.</i> | | | | Obs. <i>Calyx monophyllus exhibetur, qui pentaphyllus est.</i> | |
| | | | | XCI. | 1. | Poa seslerioides | 2208 |
| | | | | | 2. | Poa Cilianensis | 2207 |
| | | | | | 3. | Hordeum geniculatum | 2274 |
| | | | | | 4. | Andropogon contortum | 2277 |
| | | | | XCII. | 1. | Carex rupestris | 2292 |
| | | | | | 2. | Carex Bellardi | 2293 |
| | | | | | 3. | Carex curvula | 2295 |
| | | | | | 4. | Carex juncifolia | 2296 |
| | | | | | 5. | Carex tripartita. | 2298 |

INDEX TERMINORUM BOTANICORUM,

XIII

QUI IN EXPLANATIONE TABULÆ PRIMÆ CONTINENTUR.


- A**culei n. 4.
 Acute emarginatum *fig. 25.*
 Adnatum (*Tab. 74. f. 1.*)
 Aequales fl. *f. 58.**
 Aggregatus fl. *61. a*
 Alatum *43. d. (tab. 73.)*
 Alterna folia *44. ee*
 Amentum n. 9.
 Amentaceae n. 9.
 Amplexicaule *f. 43. e*
 Anceps n. 2.
 Angiospermae *46. d, & 46.**
 Antherae *47.**
 Antherae sessiles *47.**
 Apetalae n. 11.
 Arista n. 12.
 Articulata folia *44. a*
 Articulata radix n. 1.
 Axillaris ped. n. 7.
- B**acca n. 8.
 Barba floris *45. b*
 Bidentatum *45. d*
 Bifidum *15*
 Bilocularis Caps. *46. d*
 Binatum *27*
 Biternata fol. (*tab. 72.*)
 Brachiatus n. 2.
 Bracteae n. 6. (*tab. 14. f. 4., & tab. 26. f. 3.*)
 Bulbosa radix n. 1.
- C**alcar *fig. 54. a*
 Calycostemonones *76.**
 Calyx *46. b**
 Calyx patens *54. c*
 bidentatus *57.**
 tridentatus *57.**
 quadridentatus *57.**
 quinquedentatus *55. c*
 bilabiatus *49. d*
 monophyllus *67.*
 bifidus *57.**
 trifidus *57.**
 quadrifidus *57.**
 sexfidus *57.**
 decemfidus *76. b*
 Campaniformis fl. *59. a*
 Capitati fl. *63. a. b., & 64*
 Capsula trilocularis *83. d. e*
 Caryophyllaeus flos *75.**
 Caulis n. 2.
 Coarctati rami n. 2.
 Conferta folia *44. f.*
 Conjugatum fol. *35*
 Columniferae *79.**
 Connata folia *43. g*
 Cordatum *10*
 Cordato-sagittatum *13*
 Corolla *46.**
 Corolla monopetala *46. a*
 quadrifida *46. a, & 47. a*
 rotata *46. a, & 47. a*
 Corollulae *61.**
 Corona seminis denticulata *66. d*
 ex aristis *66. e*
- Crenatum fol. *24*
 Cryptantherae n. *13*
 Cryptogamia n. *13*
 Culmus n. *2*
 Cuneiforme *26*
- D**ecurrens *43. d, & tab. 73.*
 Diadelphia *72.**
 Diangiae *46. d**
 Diandria *45. c*
 Dichotomus caulis n. *2*
 Didynamia *49.**
 Didynamia angiosperma *54.**
 Digyni flores *78.**
 Dioecia *47.**
 Dipetalus fl. *46.**
 Discoideus fl. *62.* (& tab. 11. f. 1. 2.)*
 Discus floris *66*
 Dispermum *46.**
 Dissepimentum *67. f. 68. d., & 69. b.*
 Distemonones *f. 45. c.*
 Distyli fl. *78.**
 Divaricati rami n. *2*
 Divergentes rami n. *2*
 Dodecastemon (*tab. 65. f. 1.*)
 Dodecardria (*tab. 65. f. 1.*)
 Drupa n. *8*
 Duplicato-ternatum *39*
 Duplicato-pinnatum *39*
- E**llipticum fol. *4*
 Epicarpia *48.**
- F**alcatum fol. *45. b*
 Fasciculata fol. *44. h*
 Fasciculata radix n. *1*
 Fascicularis radix n. *1*
 Feminei fl. *47.**
 Filamenta *47.**
 Flosculus *61.*, & 63. c. d. e. f.*
 Folliculus *80. d*
- G**alea floris *45. b*
 Germen *47.**
 Glumae n. *12*
 Granulata radix n. *1*
 Gymnospermae *49.**
 Gymnodispermae *48.**
 Gymnotetraspermae *45. c.*
 Gymnopolyspermus fructus *76.*, & 77. b.*
 Gynandria *82.**
- H**amata folia (*tab. 52. f. 1.*)
 Hastatum fol. *14*
 Hermaphroditus flos *47.**
 Hexandria *83.**
 Hexapetalus *46.**
 Hypocrateriformis corolla *55. a 57*
- I**cosandria *76.**
 Imbricata fol. *44. g*
 Imperfectus fl. n. *11*
 Inaequales fl. *58.**
 Incompletus fl. n. *11*
 Incrassatus pedunc. n. *7*
- Inferus fructus *70. a*
 Infundibuliformis corolla *48*
 Involucrum (*tab. 5. f. 2., & 3.*)
 Involucrum parziale *73. b*
 Involucrum universale *73. a*
 Irregulares flores *58.**
 Isostemonones *58.**
 Iuliferae n. *9*
- L**abium superius floris *45. b*
 Labiatus fl. *45., & 49. a*
 Laciniatum *19*
 Lamina petali *67. b*
 Lanatum n. *3*
 Lanceolatum fol. *6*
 Laterifolius pedunc. n. *7*
 Liliaceus flos *83.**
 Lineare fol. *7*
 Lingulatus flos *65*
 Lunulatum *11*
 Lyratum *38*
- M**asculini fl. *47.**
 Mejestemonones *45. c*
 Mixtus fl. *66. a*
 Monadelphia *79.**
 Monangiae *46.**
 Monoecia *47.**
 Monogyni fl. *78*
 Monopetalus fl. *46. a*
 Monopetala corolla *46*
 Monospermum loculum (*46.**)
 Mondstyli flores *78.**
 Multiloculares (*46.**)
- N**ectarium *54. a, & 80. b*
 Nudae n. *11*
 Nuda semina *45. e*
 Nudus fl. *60*
- O**blongum *5*
 Opposita fol. *44. dd*
 Oppositifolius pedunc. n. *7*
 Orbiculatum fol. *1*
 Ovale fol. *4*
 Ovatum fol. *3*
- P**almatum fol. *17*
 Papilionaceus flos *71. a; & 72*
 Papilio. floris vexillum *71. b*
 alae *71. cc*
 carina *71. d*
 carina dipetala *72. dd*
 stamina *71. gh*
 Pappus simplex stipitatus *65. c*
 simplex sessilis *65. d*
 stipitatus plumosus *65. f*
 Pedunculus n. *7*
 Peltatum *43. a*
 Pentangiae *46. d**
 Pentapetalus fl. *46.* 74. 75. 76. 77.*
 Perfoliatum fol. *43. f*
 Personatus fl. *54.**
 Petalostemonones *56.**
 Petiolatum fol. *43. b*
 Petiolata foliola *29*
 d

Pinnata fol. (*tab. 3 f. 1.*, & *tab. 4 f. 1.*)
 Pinnatifidum fol. 18
 Pinnatum abrupte 31
 interrupte 33
 petiolis membranaceis 37
 foliolis decurrentibus 36
 alterne 32
 decursive 36
 cum impari 30
 Pistillum 54 c
 Placenta 65 c
 paleacea 65 c
 nuda 65 c
 pilosa 65 c
 alveolata 65 c
 Planipetalus flos 65
 Pollen 47 *
 Polyadelphia 78 d *
 Polyandria 77 b, & 80 *
 Polyangiae 46
 Polygynia 76 *, & 77 b
 Polygamia aequalis 66 *
 superflua 66 *
 frustranea 66 *
 necessaria 66 *
 Polypetala corolla 46 *
 Polyspermum loculum 46 *
 Praemorsa radix n. 1
 Pulposi fructus n. 8
 Quadrifidum fol. 15
 Quadrifidus calyx 46 b
 Quadrilocularis 46 *
 Quadrivalvis fructus 70 b
 Quaterna fol. 44 c
 Quinquelocularis 46 *
 Quinquesfidum fol. 15
 Quinquepartitum 22
 Quinquevalvis fructus 70 c
 Racemosi flores (*tab. 17. f. 1.*)
 Radiatus fl. 66 a

Radius floris 66 bb
 Receptaculum 65 c
 Regulares flores 58 *
 Reniforme 9
 Ringens flos 45
 Rostrata galea 53

Sagittatum 12
 Semiamplexicaulia fol. (*tab. 13*)
 Semiflosculosus fl. 65
 Semipinnatum fol. (*tab. 3. f. 2.*)
 Sericeum fol. n. 3
 Serratum fol. 33
 Sessile fol. 43 c
 Silicula 67 e. f.
 Silicula emarginata 68 c
 Sinuatum fol. 20
 Sinuato-dentatum 21
 Spadix n. 10
 Spatha n. 10
 Spicatus flos (*tab. 46 f. 2. 3., & tab. 47. f. 1.*)
 Spinae n. 4
 Stamina 47 *
 Stellata folia 44 b
 Stigma 47 * & 54 c
 Stipes n. 2.
 Stipula n. 5
 Stoloniferus caulis n. 2 (& *tab. 46. f. 3.*)
 Striatus caulis n. 2.
 Strobilus n. 9.
 Stylostemonones 82 *
 Stylus 45 c, & 47 *
 Subrotundum 2
 Subulatum 8
 Sulcatus caulis n. 2
 Surculus n. 2
 Syngenesia 66 *
 monogamia 81 *
 polygamia 62. 63. 64.
 65. 66.

Terminalis pedunc. n. 7
 Ternatum 28
 Ternato-ternatum 41
 Tetradyndamia 67 *
 Tetrangiae 46 *
 Tetrapetalus flos 46 *
 Tetrastyli fl. 78 *
 Thalamostemonones fl. 77 * 80 *
 Thalamus 65 c
 Tomentosum fol. n. 3
 Triangiae 46 *
 Tricoccae 46 *
 Tridentatum labium 45 d
 Trifidum 15.
 Trigynia 75 *
 Trigyni fl. 78 *
 Trilobum fol. 16
 Triloculares 46
 Trioecia 47 b *
 Tripetalus 46 *
 Triplicato-ternatum fol. 41
 Triplicato-pinnatum 42.
 Trispermum loculum (46 *)
 Tristyli fl. 78 *
 Truncus n. 2.
 Truncata radix n. 1.
 Tuba 45 c
 Tubulatus fl. 60.
 Tubulosus 62 *
 Umbellati fl. (*tab. 8. f. 1. 9. f. 2. 3., & 53. f. 1. 2.*)
 Umbellula 73 b
 Unguis petali 67 b
 Unilabiatus 52
 Uniloculares 46 *
 Vaginans fol. 43 h
 Valvae 67 f.
 68 c d
 69 b c
 81 c
 Verticillata (*tab. 2 f. 3*)
 Villosum n. 3



79 Francis. Peitoleri Del. et Pinx.

80


81

82

83

Petrus Peitoleri 84 fil. inc.


LT



From the ...

From the ...








F. 1.

F. 2.



F. 1.




F. 2.



VI. T










W. T.





F.1.


F.2.

F.3.


IV. T



F. 1.



F. 2.




F. 3.



III T






F. 1.



F. 2.



F. 3.




F. 4.







F. 1.




F. 2.



F. 3.

X.T

















VIZ T





72. P.



F. 1.

F. 2.



IV. T

115






L. XAII









F. 1.

F. 2.

F. 3.





XX T



F. 1.




F. 2.



F. 3.




F. 4.



F. 5.



F. 6.



100. T





1177. T







VIX. T





F.1

F.2

F.3

177






1772



1800



F.1



F.2



F.3






F.1

F.2

F.3





F. 1

F. 2

F. 3

XIV T






F. 1

F. 2

XXXV





f. 1.

f. 2.

f. 3.

XXXVI






f. 1.

f. 2.

f. 3.





f. 1.

f. 2.





VXXXI











PL. XXXII





LXXXII





f.1.

f.2.

f.3.

XIXXX.T





f. 1.

f. 2.

f. 3.





f. 1.

f. 2.

I XXX T




T. XXXII



PL. XXXII













f. 1.

f. 2.

f. 4.

f. 5.

VXXXV





F. 1.

F. 2.

F. 3.

IVIX T.






F. 1.

F. 2.

T. XXXVII









F. 1.

F. 2.




T. L.











F. 1.

F. 2.



F. 1.

F. 2.

F. 3.







F. 1.

F. 2.



PLANT 7

99






F. 1.

F. 2.

1711





F. 1.

F. 2.

F. 3.



F. 1.

F. 2.





F. 1.


F. 2.





1817




















F. 1.



F. 2.



F. 3.



F. 4.


PLATE 1






F. 1.

F. 2.













1441.1






T. LXXIII





F. 1.

F. 2.



F. 1.

F. 2.







PLATE V





1771



T. LXXVIII



LXXXII





f. 1.

f. 2.








F. 1

F. 2



F. 1



F. 2





F. 1



F. 2



Fig. 1.



Fig. 2.



Fig. 4.



Fig. 3.



Fig. 5.



LXXXVII




Small, illegible text at the bottom of the page.



Fig. 1.

Fig. 2.









LXXXVII





T. LXXIX






Fig. 1.



Fig. 2.

XXXVII





F. 4

F. 1

F. 2

F. 3

LXXXI T







